Vir iuvenis Ornatiſſimus
Medicinae Cultor
David Elkan Daniels
Regiomonti Boruſſus

Albertinae noſtrae valedicens, Metropolimque petens Facultatem noſtram modeſtis adiit precibus, ut vitae apud nos laudabiliter actae ipſi exhibeatur teſtimonium. Hoc eo minus illi denegandum eſſe cenſuit, cum non ſolum Profeſſores Philoſophici ac Medici ordinis, quorum inſtitutione potiſſimum uſus eſt, unanimiter diligentiam eo-ramque integritatem teſtentur, ſed tentamine etiam inſtituto luculenter probaverit, in diſciplinis per biennium ab eo frequentatis, nempe Philoſophicis, Mathematicis, Phyſicis, Botanicis, Chemicis, Anatomicis, Phyſiologicis, & Pathologicis egregios feciſſe progreſſus.

Hunc itaque Juvenem nec ingenii ſolum dotibus ſed morum etiam honeſtate ac decore etiam conſpicuum hoc candido munimus Teſtimonio, & Omnibus, penes quos eſt iuventutis promovendae et poteſtas & ſtudium de meliori nota comendare voluimus, certe confidentes, ſpem ab ipſo conceptam haud vanam eſſe redditurum.

Regiomonti Boruſſorum d. 15. Octbr. MDCCXC.

Decanus, Senior, Doctores & Profeſſores
Facultatis Medicae in Academia Regiomontana.

Hoc teſtimonium nomine Ordinis Medici adpoſito magno Facultat. Med. ſigillo extradidit

Carolus Godofredus Hagen
Medicinae Doctor & Profeſſor Ordinar.
Collegii Reg. Sanitatis Aſſeſſor, Pharmacop.
Reg. Aulicus, Academ. Caeſar. Natur. curioſ.
Collega, Societat. Nat. Scrutat. Berolin.
Membr. honor. & Facult. Medic. h. t.
Decanus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1884362451-19/fragment/page=0001

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1884362451-19/fragment/page=0002

15

SECHS G: GROSCHEN

Vir iuvenis Ornatiſsimus
Medicinae Cultor
David Elkan Daniels
Regiomonti Boruſſus

Albertinae noſtrae valedicens, Metropolimque petens Facultatem noſtram modeſtis adiit precibus, ut vitae apud nos laudabiliter actae ipſi exhibeatur teſtimonium. Hoc eo minus illi denegandum eſſe cenſuit, cum non ſolum Profeſſores Philoſophici ac Medici ordinis, quorum inſtitutione potiſſimum uſus eſt, unanimiter diligentiam eiusque integritatem teſtentur, ſed tentamine etiam inſtituto luculenter probaverit, in diſciplinis per biennium ab eo frequentatis, nempe Philoſophicis, Mathematicis, Phÿſicis, Botanicis, Chemicis, Anatomicis, Phÿſiologicis, & Pathologicis egregios feciſſe progreſſus.

Hunc itaque Juvenem nec ingenii ſolum dotibus ſed morum etiam honeſtate ac decore etiam conſpicuum hoc candido munimus Teſtimonio, & Omnibus penes quos eſt iuventutis promovendae et poteſtas & ſtudium de meliori nota comendare voluimus, certe confidentes, ſpem ab ipſo conceptam haud vanam eſſe redditurum.

Regiomonti Boruſſorum d. 15. Octbr. MDCCXC.

Decanus, Senior, Doctores & Profeſſores
Facultatis Medicae in Academia Regiomontana.

Hoc teſtimonium nomine Ordinis Medici adpoſito magno Facultat. Med. ſigillo extradidit
Carolus Godofredus Hagen
Medicinae Doctor & Profeſſor Ordinar.
Collegii Reg. Sanitatis Aſſeſſor, Pharmacop.
Reg. Aulicus, Academ. Caeſar. Natur. curioſ.
Collega, Societat. Nat. Scrutat. Berolin.
Membr. honor. & Facult. Medic. h. t.
Decanus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1884362451-19/fragment/page=0003